



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

Feria secunda. Exercit. 33

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](#)

aliquanto fusiores, & exercitia singulis vniuersitatisque hebdomadæ diebus inter refectionem exercenda sub ministrabimis.

## FERIA SECUNDA.

Exercit. 33.

Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant  
Domine, & tu das escam illorum in  
tempore oportuno, Aperis tu manum  
tuam, & imples omne animal benedi-  
ctione.

Psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipso-  
rum, & pullis coruorum inuocantibus  
eum.

Psalm. 103. Omnia à te expectant, ut des il-  
lis escam in tempore oportuno. Dantete,  
illis colligent, aperiente te manum tuam  
omnia amplebuntur bonitate.

Matth. 6. Respicite volatilia cœli, quæ non  
serunt, neque metunt neque congregant  
in horrea, & Pater vester cœlestis pascit  
illa.

Con II

**C**onderabimus. Quanta cum bonitate, ac liberalitate Deus omnes creatureas alat, ita ut ne formicæ quidem aut minimi vermiculi, nec denique inimicorum suorum, eorum videlicet qui in peccatis mortalibus vivunt, obliuiscatur: singulisque suam partem largiatur.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, quod nos sustentet, quodque hactenus cum omnibus creaturis suis nos sustentavit.

*Confusio.*

**P**vdore suffundemur: considerando nos indignos esse pane quo vesicimur, & potu quem bibimus: cum serui inutiles & nullius frugis simus in domo Domini.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt nobis donet veram in cibo & potu sobrietatem ac temperantiam, ne in manducando aut bibendo excedamus; & ita corporale

rale alimentum sumamus, ut corpus tantummodo ad Dei seruitium sustetur, non autem ut vires capiat ad rebellandum spiritui.

### *Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo ad priuationē, pro amore illius, quarumcunque deliciarum corporalium: solumque rerum necessiarum usum & etiam ad patienter tolerandam, horum necessariorum oblationem.

### FERIA TERTIA.

#### Exercitium. 34.

*Luc. 6. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.*

*Psal. 131. Pauperes eius saturabo panum.*

*Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirent eum.*

*Cant. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, Deum in presenti vita electos suos, gratia, & spiri-

dd 3 tua-